AD LEGES

EDICTA, PRINCIPVMQVE CONSTITVTIONES;

Ex quibus prohibita vſucapio eſt.

SELECTIO SVCCISIVA

DOCTORIS IOSEPHI FERNANDEZ DE RETES,
VESPERTINI LEGVM ANTECESSORIS:

SECVNDA EDITIO
PRIORI EMENDATIOR.

ACCEDIT AD LL. ATTIN. PLAVT. IVLIAMQ; de vi, & repetundarum Academica feriata Selectio eiuſdem Anteceſſoris, nunc denuò Typis mandata.

CVM DNI CHANCELLARII Vniuerſitatis permiſſu.

BIBLIOTECA DE LA UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

CLARISSIMIS

AVDITORIBVS MEIS,

NOBILISSIMIS STVDIOSIS SALMANTICENSIBVS S.

CVM in animo habuerim vſucapionum, præſcriptionumque materiam hoc ſemeſtri integrã, & iudicio meo abſolutam vobis dare (nobiliſſimi adoleſcentes) non aliter efficere potui, quod deſtinaueram, niſi ſeparando à quotidianis relectionibus hanc partem, quæ pertinet ad leges, quæ vſucapionem prohibuerunt. Attiniam, Plautiã, Iuliam de vi, & repetundarum exhibui iuſto commentario in feriata ſelectione. Scriboniam, & reliquas, quas Typis mando, eodem modo exhiberem, ſi tanta eſſet copia feriarũ. Sed quod illa via impedior, hac expedio. Minor enim iactura eſt viua vocis explicatione carere, quam hos tractatus omninò amittere. Æqui, bonique conſulite conatus iſtos, qui ad compendium veſtrum tantum properant, valeteque, & viuite diu fœlices, vt exopto, & precor.

ALMAE
SALMANTICENSIVM
VNIVERSITATI
OMNIVM SCIENTIARVM
PRINCIPI.

BENE MVLtæ ſunt curæ A. A. boni clie̅tis domino ſuo gratificari ſatagentis. Ad rem quamque propenſus animus quid non cogit? Me meus, vel à pueritia genius liber tibi totum addixit; nec gratiores vnquam mihi delitiæ, quam in Academicis verſari, exerceri. Enixè ergo animum, affectumque erga te ingenitum patefacturus obſequia, & cultus anxius exquiſiui. Haud aliud certè placidius renaſcenti hoc opere videor me tibi valuiſſe reperire;

Ieſus, Maria, Ioſeph.

AD L. SCRIBONIAM, SIVE DE PROHIBITA VSVCAPIONE SERVITVTVM REALIVM, PERSONALIVMQVE.

1

LEX XII. TAB. QVÆ DE VSVCApione lata eſt, non extat vllibi integra; fragmentum verò refert Cicero *in orat. pro Cæcina*, in hæc verba: *Lex vſum, & auctoritatem fundi iubet eſſe biennium. At vtimur eodem iure in ædibus, quæ in leg. non appellantur.* Idem Cicero *in Topicis ad Trebatium I. Conſultum*, eãdem repetit legem, & aliquantò pleniùs ibi: *Quod in re pari valet, valeat in hac, quæ par eſt. Vt quoniã vſus auctoritas fundi biennium eſt; ſit etiam ædium. Aſt in lege ædes non appellantur, & ſunt cæterarum rerum omnium, quarum annuus eſt vſus.* Ex quibus verbis I. Conſulti recentiores legem decemviralẽ ſic efformant ad priſcum loquendi morem. VSVS AVCTORITAS FVNDI BIENNIVM: CÆTERARVM RERVM ANNVS ESTO. Senſus eſt, vſus biennij ſit auctoritas, iuſta, & iuſtificans cauſa dominij in immobili-

IESVS, MARIA, IOSEPH.

AD LEG. ATINIAM, Iuliam, & Plautiam.

DE PROHIBITA VSV capione rerum furtiua-rum, & vi poſſeſſa-rum.

SELECTIO FERIATA
Doctoris Ioſephi Fernandez de Retes I. C.
Veſpertini legum Anteceſſoris.

Nunc primum in lucem prodit.

1. LEX XII. TAB. INHIBVIT vſucapionem rei furtiuæ, vt teſtis locuples eſt Iuſtinianus *in §. furtiuæ. inſt. hoc tit.* Quæ prohibitio iterùm lege Atinia ſancita fuit, nam & Imperator ipſe expreſsè huius legis meminit, & Iulian. *in l. non ſolum* 33. *h. t.* Prima

Apud Viduam Sebaſtiani Perez.

EXPENSIS

Ioſephi de Noreña Bibliopolæ, & Vniuerſitatis Stationarij.

Anno Dñi 1663.